Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Et dabis contra eam castra. & pones arietes in gyro. Quasi
dat contra animam doctor castra. quando malignorum
spirituum contra eam collectas atq; adunatas insidias in
dicat. ut aliquando non solum modo exuno sedex coniun
ctis uitiis simul temptent. Nam sunt quedam uitia qua
si per quandam sibi cognationem propinqua. sicut dis
solutio spiritus. appetitus gule. & inmunditia luxurie.
sicut multiloquium. fallacia. atq; periurium. Ex dissolutio
ne quippe spiritus mens ad ingluuiem uentris rapitur.
& dum cibis uenter extenditur. ad luxuriam caro tra
hitur. superbiendo capiua. Et rursum ex multiloquio
fallacia generatur. quia ualde difficile est ut qui mul
ta loquitur. non etiam mentiatur. Et sepe mendaci
um etiam periurio tegitur. ut ante humana iudicia uele
tur. Superbia q̃q; ee sine inuidia atq; inani gloria
nullatenus potest. Superbus etenim quisq; honorem
quem ipse ambit alius inuidet. & cum hunc fortasse op
tinuerit. in elatione glorie temporalis attollitur. atq;
quod alios conspicit minime percipere potuisse. hoc se
per inanem gloriam gaudet pre ceteris habere. Sciendu
quoq; est. quia sepe nonnulla uitia ad mentem non simul
ueniunt. sed subponuntur. ut unum alteri intemptatione
succedat. & aliud contra faciem uenit. aliud uero intemp
tatione se exlatere subiecit. quatenus dum alteri resistitur.
ab altero mens decepta capiatur. Ipsa enim que superius
diximus uitia plerunq; se alia pro aliis furtiue supponunt.
sic ñnunquã du irã uincere in nobis metipsis conamur
plus quam necesse est. lentas mentem occupat. ut asperi
tatem peccantibus quam oportet minime proponat. Sepe
uero dum nobis inesse incauta lentas displicet. Zelus se
in furorem trahit. atq; extra patientie limitem animũ captiuũ
rapit. Quia ergo p̃mixta simul uitia atq; adunata contra men
tem ueniunt. recte in p̃dicatoris ore contra descriptam ierlm
castra proponuntur. Et quia aliquando singula hinc inde